& anguſtioris faciei, & ſubtilioris colli ſit: & pectora imbecilliora habeant, & minorum laterum ſunt, femora autem magis carnoſa maribus, genua mollia, & crura ſubtilia habent. Pedes verò pulchriores & formam totius corporis molliorem, quàm fortiorem. Minus neruoſa autem ſunt, & molliora, prædita humidioribus carnibus. Maſculina autem his omnibus contraria habentia, natura ſunt fortiore, & iuſtiore genere, fœmina autem eſt timidior & iniuſtior natura. His ita ſe habentibus, videtur leo omnium perfectiſſimum in aſſumendo maris formam. Leo enim habet os magnum, faciem autem quadratam, nõ valde oſſeam, ſuperiorem mandibulam non eminentem: ſed æqualiter pendentem deorſum: naſum autem magis craſſum, quàm ſubtilem, oculos charopos, concauos, non valne rotundos, neque valde protenſos, magnitudinem verò moderatam, ſupercilium magnum: frontem quadratam ex medio ſubcauam: ad ſupercilia autem, & naſum ſub fronte velut nubes ſuperſtat: ſupra frontem, iuxta naſum, habet pilos inclinatos: caput moderatum, collum bonæ longitudinis, groſſum, innodatum, crinibus flauis, non planis, neque valde criſpis: quæ ſunt circa iuncturam ſpatularum ſpatioſa magis, quàm coniuncta: ſcapulas fortes, & pectus iuuenile: & metaſrenon latum robuſtis lateribus fultum: femora non carnoſa, nec coxas, crura fortia, & neruoſa, greſſum iuuenilem, & totum corpus articulatum, & neruoſum, neque valde humidum, neque durum: ambulat autem tardè, magnificè incedens, & mouens ſe in ſpatulis cùm ambulat. Talis eſt ſecundum ea, quæ ſunt circa corpus. Quæ autem circa animam, natiuum & liberale, magnanimum, & amans victoriæ, & manſuetum & iuſtum, & amans eorum, cum quibus verſetur. Pardalis autem, fortibus eſſe viſis, fœmineæ formæ magis eſt, niſi ſecundum crura: his autem operatur, & aliquod opus fortitudinis facit. Habet faciem paruam, os magnum, oculos paruos, albos, concauos, eoſdem autem ſuperficiales: frontem longam, aures rotundas magis quàm planas collum longum valde, pectus expers laterum, & longum dorſum: femora carnoſa, & coxas: quæ verò ſunt circa ilia, & ventrem, læuia magis.

A [καὶ] στενοπροσωπότερον καὶ λεπτοτραχηλότερον, καὶ τὰ στήθη ἀσθενέστερα ἔχει, καὶ ἀπλευρότερά ἐστι, τά τε ἰσχία καὶ τοὺς μηροὺς περισαρκότερα τῶν ἀρρένων. γονύκροτα δὲ, καὶ τὰς κνήμας λεπτὰς ἔχοντα, τούς τε πόδας κομψοτέρους· τήν τε τοῦ σώματος μορφὴν ἡδίω μᾶλλον ἢ γενναιοτέραν. ἀνευρότερα δὲ καὶ μαλακώτερα, ὑγροτέραις σαρξὶ κεχρημένα. τὰ δὲ ἄρρενα, τούτοις ἅπασιν ἐναντία, τὴν φύσιν ἀνδρειοτέραν καὶ δικαιοτέραν εἶναι γένει, τὴν δὲ B τοῦ θήλεος δειλοτέραν καὶ ἀδικωτέραν. Τούτων οὕτως ἐχόντων, φαίνεται τῶν ζώων ἁπάντων λέων τελεώτατα μετειληφέναι τῆς τοῦ ἄρρενος ἰδέας. ἔστι γὰρ ἔχων στόμα εὐμέγεθες· τὸ δὲ πρόσωπον τετραγωνότερον, οὐκ ἄγαν ὀστῶδες, τὴν ἄνω τε γένυν οὐ προεξεστηκυῖαν, ἀλλὰ ἰσορροποῦσαν τῇ κάτω· ῥῖνα δὲ παχυτέραν ἢ λεπτοτέραν· C χαροποὺς ὀφθαλμοὺς ἐγκοίλους, οὐ σφόδρα περιφερεῖς, οὔτε ἄγαν προμήκεις· μέγεθος δὲ μέτριον, ὀφρὺν εὐμεγέθη· μέτωπον τετράγωνον, ἐκ μέσου ὑποκοιλότερον· πρὸς δὲ τὰς ὀφρῦς καὶ τὴν ῥῖνα ὑπὸ τοῦ μετώπου, οἷον νέφος ἐπανεστηκός. ἄνωθεν δὲ τοῦ μετώπου κατὰ τὴν ῥῖνα ἔχει τρίχας ἐκκλινεῖς, οἷον ἄστυλον· κεφαλὴν μετρίαν, τράχηλον εὐμήκη, D παχὺν, σύμμετρον, θριξὶ ξανθαῖς κεχρημένον, οὐ φριξαῖς, οὔτε ἄγαν ἀπεστραμμέναις· τὰ περὶ τὰς κλεῖδας, εὐλυτώτερα μᾶλλον, ἢ συμπεφραγμένα· ὤμους ῥωμαλέους, καὶ στῆθος νεανικὸν, καὶ τὸ μετάφρενον πλατὺ, καὶ εὔπλευρον, καὶ εὔνωτον ἐπιεικῶς· ζῶον ἀσαρκότερον τὰ ἰσχία, καὶ τοὺς μηρούς· σκέλη ἐρρωμένα καὶ νευρώδη, βάσιν τε νεανικὴν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα ἀρθρῶδες καὶ νευρῶδες, οὔτε λίαν σκληρὸν, E οὔτε λίαν ὑγρόν. βαδίζον δὲ βραδέως, καὶ μεγάλα διαβαῖνον, καὶ διασαλεῦον ἐν τοῖς ὤμοις, ὅταν πορεύηται. τὰ μὲν οὖν περὶ τὸ σῶμα τοιοῦτον· τὰ δὲ περὶ τὴν ψυχὴν, δοτικὸν καὶ ἐλεύθερον, μεγαλόψυχον, καὶ φιλόνικον, καὶ πρᾶον καὶ δίκαιον, καὶ φιλόστοργον πρὸς ἃ ἂν ὁμιλήσῃ. Ἡ δὲ πάρδαλις τῶν ἀνδρείων εἶναι δοκούντων, θηλυμορφότερόν ἐστιν, ὅτι μὴ κατὰ F τὰ σκέλη. τούτοις δὲ συνεργεῖ, καί τι ἔργον ῥώμης ἀπεργάζεται. ἔστι γὰρ ἔχον πρόσωπον μικρὸν, στόμα μέγα, ὀφθαλμοὺς μικροὺς, ὑπολεύκους, ἐγκοίλους, αὐτοὺς δὲ περιπολαιοτέρους· μέτωπον προμηκέστερον, πρὸς τὰ ὦτα περιφερέστερον, ἢ ἐπιπεδώτερον· τράχηλον μακρὸν ἄγαν, καὶ λεπτόν· στῆθος ἄπλευρον, καὶ μακρόνωτον· ἰσχία σαρκώδη καὶ μηρούς· τὰ δὲ περὶ τὰς λαγόνας καὶ γαστέρα, ὁμαλὰ μᾶλλον·

τὸ δὲ